



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LVIII. Markgraf Ludwig weist seine Zöllner und Beamte an, die dem Kloster Chorin verliehene Zollfreiheit aufrecht zu erhalten, am 23. October 1324.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

Testes vero hujus rei sunt Spectabilis vir Bertoldus de Hennenberg atque nobilis vir Dominus Hinricus de Schwarzborch, Comites, honorabilis vir Segerus Stendalgenfis prepositus, nostre curie prothonotarius, Bertholdus de Buzt, Thidericus de Kercowe et Ericus de Wolkow, nostri milites cum aliis fide dignis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram infringere vel ei ausu temerario contraire. Quicumque vero hoc facere presumpserit, a nostra se sciat gratia exulatum. Datum Berlin, per manum Hermanni de Lucho, anno domini M^o. CCC^o. XXIV^o. die sancti Seuerini Episcopi.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken's Cod. II, 465.

LVIII. Markgraf Ludwig weist seine Zöllner und Beamte an, die dem Kloster Chorin verliehene Zollfreiheit aufrecht zu erhalten, am 23. October 1324.

Lodewicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, palatinus Rheni, dux bawarie, sacri Imperii Archicamerarius, vniuersis suis Aduocatis, Officiatis ac Theloneariis per principatum Marchie presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Cum deuotis in Cristo uiris domino Abbati et conuentui monasterii in Choryn nostri Dominatus ex speciali affectu a nostris antecessoribus quondam Marchionibus Brandenburgensibus sit indultum juxta suorum continentiam priuilegiorum, quod ipsi Abbas et conuentus a debito thelonei de suis allecibus atque de aliis ad expensarum suarum usum necessariis debeant fore liberi et immunes, vestre providentie sub nostra gratia precipimus et mandamus, quatenus huiusmodi gratiam illesam seruantes ab eisdem allecibus et rebus aliis ad eorum expensam deputandis nil penitus exigatis, sicut a nostro fauore et gratia nolueritis vos excludi. Hanc literam nostro sigillo sigillatam ipsis pro testimonio concedentes. Datum Berlin, anno Domini M^o. CCC^o. XXIV^o., die sancte Seuerini in nostra presentia.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 467.

LIX. Der Rath zu Angermünde bekundet, daß die Gebrüder Thidekin und Albern von Oderberg ihre Besitzungen zu Serwest dem Kloster Chorin aufgelassen und die Bezahlung dafür erhalten haben, am 22. Mai 1327.

Nos Consules ciuitatis Noue angermunde Recognoscimus et presentibus publice protestamur ad omnium cupientes noticiam peruenire, Quod honesti famuli Thidekinus et albernus, fratres, dicti de oderberche, in nostra constituti presencia publice sunt confessi, quod bona sua omnia in serwetiz, videlicet mediam partem ville cum dimidia parte stagni, eidem ville adiacenti, cum omnibus aliis eidem bonis adiacentibus, cum iure et utilitate, rite et rationabiliter vendiderunt et resignauerunt religiosis uiris dominis suis abbati et conuentui monasterii choryn, renunciantes simpliciter omni iuri, iurisdictioni et utilitati, quod sibi seu heredibus suis competebat uel competere poterat in futurum. Predicti etiam thidekinus et albernus facti sunt coram nobis,